



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Episcopus qualis eligi debeat, & nu. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- Tacit. lib. 2. & quod Gentiles, qui deos ligneos, & lapideos colebant, tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerent, probat tex. in cap. Sacerdotibus, §. ante eum, 11. quæst. 1. & Petr. Ribad. tract. de Relig. cap. 35 in princ. ubi præmissa, & alia plura Gentilium exempla videbile sunt.
- 20 Constantinus Imperator tantum tribuit sacerdotibus, ut cum primæ generali Synodo, quæ apud Nicæam fuerat congregata, presideret (ante eam enim non fuerant generales Synodi congregatae, ut tenet glo. fin. in cap. futuram. 12, qu. 1.) cum querelam quorundam clericorum consiperet coram se deferendam, ait: Vos à nemine judicari potestis, quia solus Dei iudicio reservamini; Dii enim vocati estis, & siccirò non potestis ab hominibus judicari, eo. cap. futuram, §. ibidem verd.
- 21 Valentinianus item † Imperator mortuo Auxentio Arianæ perfid & magistro, qui Mediolanensem Ecclesiam ut lupus dilaniaverat, cum veller, Deo ordinante, ibi Episcopum consecrare, Episcopos vocans, illis inquit: Nostis aperte, divinis eloquias eruditæ, qualem oporteat esse Pontificem, & quia nos decet, cum verbo solo, sed etiam conversatione, gubernare subiectos, & totius seruicii p[ro]m[oti]vum imitatem virtutis ostendere, testemq; doctrinæ conversationem bonam habere, † talem in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita, dum tamenquam homines delinquimus, veluti curantis medicamina, suscipiamus. Cui cum synodus dixisset, ut magis ipse decerneret, sapiens & pius existens Imperator ipse ait: Super vos est talis electio, vos enim gratia divina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Cum autem tunc sacerdotes egressi de Episcopali sede tractarent, & ordinatione divina electus fuisset Ambrosius nondum baptizatus, † exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine omnipotens, & Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti justitiae tuae convenire. Ambrosium vero, qui de sua electione contristabatur, confortavit, illi dicendo: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adiutor tuus, (ut meum ordinem decet) semper existam, ut in historia eccl. tripar. li. 7. & in c. Valentianus, 63 dist.
- Maxime igitur Imperatores, Reges, & alios Principes Christianos ipsius Valentiniæ Imperatoris p[re]fissimi imitatores esse decet, ne precipue ad regimen ecclesiarum cathedralium imperitis, ant[ea] alijs minus habilijs faveant: nec ad cathedrales quibus ex fundatione, vel Sedis Apostolicæ indulto illis personas idoneas nominandi, vel eligendi jas competit: personas legitimis requisitus carentes nominent, elijant, vel 24 præsentent; † quoniam integritas praesidentium salutis est subditorum, cap. inter corporalia, de translatione Episcop. & Concil. Trident. cap. 1, circa princip. de refor. seß. 6.
- 23 Cùm enim ecclesia regimere onus sit angelicis humeris formidandum, in vigilare debent principes, ut per ipsos nominandi, & prædicandi digni sint, quorumq; prior vita, & omnis ætas à puerilib. exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticae stipedia laudabilites acta testimonian-

N 3

præ-

